

DOMINICA DIE AD VESPERTINAS.

PSALMVS III.

IN FINE M IN CARMINIBVS,
Psalmus David.

VUm invocarem exaudiuit me Deus iusticiæ meæ: In tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei: Et exaudi orationem meam. Filij hominum usquequo grāui corde: Ut quid diligitis vanitatem, & quæratis mendacium. Et scitote quoniam mirificauit Dominus Sanctum suum: Dominus exaudiet me cum clamauerō ad eum.

Irascimini & nolite peccare: Quæ dicitis in cordibus vestris & in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iusticiæ & sperate in Domino: Multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: Dediti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini & olei sui: Multiplicati sunt.

In pace in idipsum: Dormiam & requiescam. Quoniam tu Domine singulariter in spe: Constituisti me.

PSALMVS V.

IN FINE M PRO EA, QVÆ HÆREditatem consequitur, Psalmus David.

Erba mea auribus percipe Domine: Intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: Rex meus & Deus meus.

Quoniam